

*secundam correctionem derita (Tit. iii, 10). Quomodo ergo tales episcopos, abbes vel religiosos [religiosos] clericos devitamus, si eorum missas audimus, cum quibus, si vel simul oramus, excommunicacionem subimus? Quos quidem sacerdotes esse saltem credere omnino errare est, cum Petrus Simoni dicat: *Pecunia tua tecum sit in perditionem; quia existimasti donum Dei pecunias possidere (Act. viii, 20).* Ubi cum existimasti dicitur, patet quia non pro eo quod fecerit, sed quia facere se posse crediderit condemnatur, et cum tamen minus sit existimare quam credere. Cum itaque haereticum qualemcumque esse, sit certa et indubitate damnatio, quid valet Arianos, Sabellianos, Photinianos, impiosque Manichaeos pene orbem pepulisse, si simoniaca et neophytorum haeresis, quae ut beatus Gregorius dicit, ante omnes in sancta Ecclesia diabolica fraude*

*\* Huc usque Gerobous, apud quem haec subdantur: Et nos sub anathemate interdicimus id ipsum de haeresi simonie, sicut sancta decrevit synodus, nullum aut ecclesiarum consecrationem, aut archipresbyteratum, aut commendationes altarium, aut*

A surrexit, quasi prima et maxima Ecclesiae castitatem sedata nimium pollutione contaminetur? Igitur in Dominum et propter Dominum vestram excellentiam et omnes fideles Christi rogamus et obtestamur, si habere partem in Christo cupitis, sunum opere instate, ut tam saeva pestis, quae in universos jam populos usquequaque sciendo aeterna morte multavit, vestra auctoritate et exemplo penitus destruatur, ne ulterius, quod absit, in Spiritum peccare, neque hic, neque in futuro seculo remittatur.

#### ANNOTATIO COLLECTORIS IN HANC EPISTOLAM.

Epiſtolam hanc primum quidem a me evulgari olim putavi; dein fere integrum nactus sum in Gerohio; tandem cum jam prælo subjiciendam dediſsem, integrum reperi apud Ivonem Decret. par. ii, c. 84, qui illam recitat sub præfixo titulo: *Ex decreto Paschalis pape.*

traditiones ecclesiarum vendere. Quisquis conduxerit, aut vendiderit, aut emerit, anathema sit, amen. Et responderunt omnes tertio: Fiat fiat. Et ita absolvitur epistola ad eundem.

ANNO DOMINI DCCCXX.

# REMITIUS

CURIENSIS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA IN REMIGIUM.

[Hartzheim, conc. Germ., tom. II.]

Remigium, aliis Remedium, Curiensem in Rhetia episcopum, vixisse inter 813-850, et fuisse numero decimū nonū. ejus Ecclesie præsulem, juxta Stumpfum Histor. Germanicar. Helvetice lib. x, pag. 584; at juxta Bucelinum episcopum vigesimum tertium Germanie sacrae parte ima legimus. Capitula xlii quæ sequuntur, ex Isidori litteris suppositiis veterum Romanorum pontificum excerpta sunt: sub Carolo Magno verosimiliter scripta, imo ejusdem jussu, ut scribit Goldastus, de quo valde dubito: nam Isidoriana collectio Carolo Magno nota minime fuit, uti Dionysiana ab Adriano papa eidem donata. Inserit sepe auctoritates Scripturaræ sacrae: ceterum ex illis suppositiis litteris sua capitula conficit.

# REMITIUS CANONES PRO SUA DIOCESEI.

(Hartzheim, ill. id.)

### I.

#### De licentia corporis Domini.

(Ex epistola Clementis ad Jacobum Hierosolymorum episcopum.)

Certe tanta in altari holocausta offerantur, quanta populo sufficiere debeant; quod si remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore et tremore, clericorum diligentia consummentur. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos convenientia, nec patent sancte

C portioni communiscere cibum qui per aqua licet digestus in secessum funditur. Si igitur mane Dominica porrigitur, usque ad sextam jejunum ministri qui eam consumperint; et si tercia, vel quarta hora acceperint, usque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione aeterna custodienda sunt sacramenta.

### II.

#### De ratis sacris.

(Ex eadē epistola.)

De vasis sane sacris ita gerendum est: Altaris palla, cathedra candelabrum, et velum, si fuerint